



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 20. Sigismundi Bathorii obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

Sæc. XVII. rabat, postquam die vigesima tertia  
 A.C. 1613. Martii in castris Posoniensi & Varso-  
 viensi fœdus cum Mathia Romanorum  
 Imperatore feliciter concluferat, quo  
 pacta, armorumque societates Polo-  
 niam inter & Austriam initæ fuere in-  
 novatæ, stabilito mutuo invicem armo-  
 rum, pacisque & commerciorum cultura.

## §. XX.

*Sigismundi Bathorii obitus.*

Merc. p. 304. Die vigesima septima Martii Sigis-  
 mundus Bathorius Transylvaniæ  
 Princeps, & quondam Turcarum ter-  
 ror obiit. Hic animi sui mutabilitate  
 Principatum, famam, libertatem &  
 vix non etiam vitam amiserat, tandem  
 vero omnibus bonis spoliatus Pragam  
 ad Rudolphum Cæsarem, cuius patien-  
 tiam iterata defectione fatigaverat, con-  
 fugere compulsus est, quin tamen ibi  
 adversantis fortunæ invidiam declina-  
 re posset; cum enim de clandestinis  
 cum Achmete machinationibus ab æ-  
 mulis falso, crebro tamen, postulare-  
 tur, arcta custodia per integrum ferme  
 biennium circumseptus hærebat, do-  
 nec tandem novissime detecta crimi-  
 nationum falsitate Mathiæ Cæsaris judi-  
 cio innocens declaratus fuerit. Tan-  
 tum valet, accuratæ cognitionis lu-  
 men

men carceribus inferri, reumque Sæc. XVII.  
causas non præjudicari, sed discerni. A. C. 1613.  
Haud diu tamen recuperata liberoris  
aeris facultate frui poterat Bathorius,  
Repentina morte sublatus. Hoc item  
anno die vigesima Julii Pragæ obiit Hen-  
ricus Julius Brunsvicensium Dux.

## §. XXI.

*Guilielmi Estii mors, ejusque elo-  
gium.*

Inter celebratores illius ævi Scripto-  
res, qui hunc annum sibi exitialem Miræ Script.  
habuere, primo loco recensendus venit Sæc. XVII.  
Guilielmus Estius, patricio genere Gor- Swert. Ath.  
comii in Hollandia natus, qui Trajecti Belg. Dupin.  
humanioribus literis, Lovanii autem Bibl. de  
in Collegio Falconensi Philosophiæ ope- Auth. p. 45.  
ram dedit, quam etiam integro decen-  
nio ibidem cum summo Auditorum  
applausu tradidit. Theologiæ autem  
in eadem Academia Anno Christi mil-  
lesimo quingentesimo octogesimo Doctor  
creatus, & Duacum vocatus Regii Se-  
minarii Rector, ac paulopost ad San-  
ctum Petrum, Præpositus, necnon Uni-  
versitatis Cancellarius nominabatur;  
demum vero pietate, modestia, do-  
ctrina, atque in pauperes beneficentia  
insignis Literarum otium nunquam  
nisi tandem mortis necessitate interru-  
pit,